

veste speciosa indutus, egregio sedens equo, accinctus armis praeclaris apparuit cum magna turba militum, in eodem habitu equitantium, et viso filio, dixit ad eum: „fili, adiuva me“: cui respondens filius ait: „pater, quae de causa meo indiges adiutorio, habitu fulgens tam locupletis et equitatu utens tam praeclaro?“ Ad quem pater: „omnia, quae circa me vides, fili, in habitu et equitatu ignis esse probantur. Et ut meis credere possis sermonibus hastam, quam fero tuis accipe manibus.“ Cumque hoc filius facere vellet, tantus aestus eius manus de eadem hasta obviavit, quod vix, ut manum ad se traheret, exspectavit. Quia vero pater hastam de manu filio suscipiendam dimiserat, iam cadendo terrae propinquabat, priusquam autem ad terram perveniret, festinanter eam manu arripuit, dicens, quia si ad terram corruisset, duplicem ardorem de ea postmodum passurus esset.

53. Hanc igitur poenam, se ideo pati indicavit, quia olim cuidam [fol. 38^b] ecclesiae praedium suum abstulit. Post haec proloquens ad filium ait: „rogo ergo, te, fili, ut memoriam dei omnipotentis habens eidem ecclesiae praedium suum restituas, et me ab huiusmodi supplicio eripias. Si enim his meis precibus non fueris obsecundatus, hac poena ego nunquam sum cariturus.“ Hoc exemplo ammonitus ego Eberhardus litteras, per quas ecclesiae sancti Blasii auferre volui praedium, quod ei mater mea et frater meus apud Altheim* dederant, dimittere volo et omni expostulatione sive repetitione, quam in eodem praedio habere possem, me ipsum abdo et eidem ecclesiae praefatum praedium confero et trado.

54. [Wittnau.]** [1100.] In Christi nomine, ego Arnoldus, natione de Wart***, et fratres mei Heinricus

hier nur eine Urkunde oder ein *codex traditionum* verstanden sein, denn der Schluß des Kap. 53 ist eine Abschrift einer Urkunde.

* Dörfer dieses Namens gibt es in Baden zwei, die in Verdracht kommen können, in den Ämtern Malskirch und Ueberlingen. In der Bulle Alexanders III. vom 6. März 1179 für St. Blasien steht Altheim noch nicht, daher ist obige Schenkung nach 1179 erfolgt. Da aber am Eingange des Kap. 52 gesagt ist, der Verfasser habe aus Schriften (*scripturae*) geschöpft, so ist es nicht wahrscheinlich, daß diese Kapitel 52, 53 der Abt Mangold, der ein Zeitgenosse war, 1186—1204, geschrieben hat. Vielmehr rühren sie, wie die folgenden, vom letzten Ueberarbeiter, 1391—1408, her, der Urkunden aus dem St. Blasischen Archive benutzte.

** Herrgotts Randglosse.

*** Kettenader schreibt in den *tabulae fundatorum* p. 29. über die Familie von Wart: *Nobiles istos fratres de Wart praefecturam (Vogtey) et ecclesiam Witnoyiensem in Brigovia s. Blasio dons dedisse, Utone[m] vero praesule[m] monachorum coenobium ibidem instruxisse, probant membranae nostrae.*

et Erkinboldus abdicamus nos omni expostulatione sive exactione proprietatis, quam habere possemus in ecclesia apud Wittnaw* constituta et omnibus ad eam pertinentibus. Haec abdicatio facta est coram testibus, quorum ista sunt nomina: Berchtoldus, dux de Zeringen, Berchtoldus, comes de Nüwenburg**, et coram aliis multis. Sed postea venerabilis Ulto, abbas huius monasterii aedificavit claustrum ibidem.

55. Quidam, qui iniuste abstulerat res ecclesiae in Wittnaw, considerans vindictam illorum, qui iniuste abstulerant res Augustensis ecclesiae, quorum unus tandem perditio sensu proprias manus laceravit, quousque vitam finivit, alius vero a daemonio occupatus nullum intra ecclesiam nec extra locum abscondendi invenire¹ potuit, nec benedicta aspersus aqua carere valuit eius

¹ inveniri, §f.

Casparus abbas in libro originum omnes simul quoque tres fratres de Warth monachos evasisse contendit. Vadem sistit antiquum carmen germanico idiomate pro genio illius aevi scriptum:

Arnold, Heinrich und Erchenbold
Freiherrn zu Warth mit reichem Sold
Hant Wittnau das Kloster fundiert,
Sich selber mit dem Orden gezeihrt,
Als man gezählt einlifft hundert Jahr,
Gott sez sie zu der Seeligen Schaar!

At de Heinrico dubitat annalista noster (Wißberg), de Arnaldo dicit abiecta mundi pompa humilis in s. Blasio monachi vitam elegit, ac tandem pietate illustris sepultus est in ambitu ecclesiae nostrae, ubi nobiles terrae mandari consueverant. Erchinboldus autem in ecclesia Witnoyiensi sepulturam nactus est. — Ueber diese Stiftung von Wittnau siehe Gerbert hist. Silvae Nigrae I. p. 408. — Wart liegt im Zürcher Amte Regensberg, lag ehemals in der Grafschaft Kyburg. Bei Neugart cod. dipl. Alem. kommen 1228 Rudolf und Arnold und 1312 bis 1319 der Mönchfinger Jacob von Wart vor. Hierher gehören die Urkunden bei Dümgé reg. Bad. S. 53 von 1170 und S. 63 von 1194. Nach weichen der Sohn des Arnolds von Wart, Heinrich, und nach dessen Tode seine Söhne Arnold, Rudolf und Ulrich mit St. Blasien im Streite waren. Die oben im lib. const. citirte und excerptirte Urkunde ist nicht mehr vorhanden. Wahrscheinlich ist sie 1322 verbrannt.

* Weitenau im Amte Schopfheim.

** Berthold II. von Züringen starb 1111, die früheste Erwähnung eines Grafen Berthold von Neuburg findet sich im Anfange des 12. Jahrh. Siehe Schriften des bad. Alterthumsvereins Bd. 2. S. 299. Eine sehr alte Stiftung eines Grafen Dietrich von Neuburg nach St. Blasien stand im alten Necrolog. Johannes von Dörfenhausen hat sie in seinem Urbarium von St. Blasien von 1383 fol. 6 überliefert: IV. non. Jan. celebratur anniversarius dies domini Dietrici, comitis de Nuwenburg, cum compulsionatione et missa, sicut mos est, et servitur conventui de praedio in Muchain. Die Urkunde selbst ist verloren gegangen. Da die Schenkung von Weitenau vor dem Tode des Abtes Uto (1108) erfolgte, so kann man sie ungefähr um 1100—1106 setzen.